







1696.

1. Martini, Nicolaus: De mutuo praesumpto.
2. Strykius, Elias Augustus: De eo, quod iustum est
circa colloquia et alloquia
3. ^{9, 6, 1} Strykius, Elias Augustus: De designatione patris a
matre infantis facta. 3 sumpt. 1696 i 1739
4. Strykius, Elias Augustus: De contractibus tacitis

1697.

1. Reyperus, Samuel: De oneribus Testi titulis, punitio-
borum & perditionibus nec non exaltationis hora.
2. ^{9, 6, 2} Strykius, Elias Augustus: De iure novellarum.

1698.

- Muscaeus, Linus Hermann: De iure immunitatis & vecti-
galibus, certis personis competente.

1700.

- Strykius, Elias Augustus: De matrimonio ex ratione
status.

1701.

1. Martini, Nicolaus: De cantonibus judicialibus
ad lib. ff 2. lit 8. et. 3 seq.
2. Mayerus, Jo. Frid: De hymno, Erhalt uns Herr bey
deinem Wort.
3. Musaeus, Simon Mauricius: De libello alternativo in
actione hypothecaria et iudicando.
4. Reyperus, Samuel: De iustitiâ tam commutativa,
quam distributiva proportionibus

1702.

1. Musaeus, Simon Mauricius: De revocatione donationis
ab praestitam contra donationem advocatorem.
2. Musaeus, Simon Mauricius: De pretio juris Testinacii
Sacri
3. Reyperus, Samuel: De singularibus alimentorum juribus
4. Reyperus, Samuel: De epactis solaribus praecipue vero
de XI diebus, ex fastis restitutis, et ad tempora

Constituti Nicaeni reductis, Caesatorum jure.

5. Musaeus, Sines Henricus. Ne vindicta praetexta
defensionis adumbrata.

1701.

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwriting]



1057

35

1697, 7

7

SAMUELIS REYHERI, JC.

In Illustri Christian - Albertina,
Cod. & Mathem. Prof. Publ.

Dissertatio Juridico - Historica,

De

CRUCIFIXI JESU

TITULIS,

Puniendorum

SUPERDICTIONIBUS,

nec non

Exaltationis

HORA.

Prostat Lipsiæ, ap. Joh. Sebast. Richel,
cl. b. c. iiii.

35



82

SAMUEL REYHER, IC.

In Halle Christian-Albertina
Cod. & Museum Joh. Yuhl

Disertatio Juridico-Historica

CRUCIATA JESU

TITULUS

Paniculorum

SUPERDITIONIBUS

nec non

Exaltationis

HORA.

Proffur Lips. ap. Joh. Seb. Richei.
1713

82



V I R O

Illustri ac Eruditissimo,

DN. ANTONIO

MAGLIABECHI,

Serenissimi & Potentissimi

Magni Ducis Hetruriæ, &c.

Consiliario & Bibliothecario

Famigeratissimo,

Literarum Literatorumque Fautori

per Univerſum Orbem Literarium

Celebratissimo,

Suo quoque Fautori & Amico

Honoratissimo.

St. C.

96



DUdum Tibi, Vir Illustris, me agnovi devinctum. Ultra XX enim annos me beneficiis onerare variis continuasti, dum sæpius rara vobiscum impressa misisti opuscula, meque sic vestratum eruditionis fecisti participem. Semper quidem hætenus de publico gratitudinis documento fui sollicitus; nullum autem tuâ eruditione curiosâ dignum, magisque conveniens invenire potui, quàm hanc de **TITULO**, qui Salvatore nostro semper benedicto impositus fuit, dissertatiunculam.

culam. Titulos autem apud anti-
quos vel verbales, vel literales fuisse,
ex ipsa patet dissertatione. Per ver-
bales intelliguntur Elogia à præconibus
superdicta; Literales verò vocantur In-
scriptiones, quæ damnatorum & pu-
nitorum imponebantur capitibus, cu-
jusmodi trilinguem crucifixi JESU
capiti sanctissimo imponi curavit inju-
stus iste Pilatus. Cum autem variæ
de ordine trium inscriptionum occur-
rant sententiæ, quarum nullam Θεο-
πνευστοῖς Evangelistarum relationibus
conformem adhuc deprehendi, ideò in-
nocuas meas hac de re cogitationes
publicare, tibi que, Vir Eruditissime,
gratitudinis ergo dedicare volui, nul-
lus dubitans, Te, utpote prudentissi-
mum curiosarum rerum æstimatorem,
&

& benignissimum conatus mei arbitrum, potius ex inserviendi promptitudine, quam dissertationis hujus tenuitate meam aestimaturum voluntatem. Vale, nec favere desine

Kiliae Holsatorum ante
Klendas Decembres Anni
à Nato Salvatore
1615 c. xci i i. Juliani.

Tui Nominis illustris

Cultori perpetuo

Samueli Reyhero, J.C. Antecessori & Mathem. Prof. h. t. Ordinis Jctorum, IV. Decano.

(I)



Prooemium.

IN Sacro Codice æquè, ac in juris Justiniani Corpore primo intuitu loca inter se pugnancia occurrere, satis notum esse puto. Quemadmodum autem, ipso etiam mandante Justiniano, *Const. Tanta §. 15. & Const. Dedit, nobis §. 15.* Si quis subtili animo diversitatis rationes excutiat, facile omnis dissonantiæ querela dissolvi potest; ita etiam plerumque dicta Scripturæ S. dubia, omnibus circumstantiis probè pensitatis, solvi, & conformia esse, demonstrari poterunt. Unde haud immeritò B. Augustinus *Caus. 2. quest. 1. c. Si peccaverit, 19. versu, Distribuite*, scribit: *Distribuite tempora, & concordat Scriptura.* Non tantum autem tempora, sed alias etiam circumstantias distinguendo difficillimos textus feliciter explicari posse, in *Mathesi mea Mosaica* demonstravi, ex quibus duo solummodo exempla adduxisse nunc sufficiat. *Mare aeneum*, Regis Salomonis jussu fufum, *1. Reg. VII. v. 23.* describitur in diametro sua decem, in ambitu verò XXX cubitos habuisse: unde S. Scripturæ auctoritatem elevare athei nonnulli arripuerunt ansam, inter quos excellit obtusus iste Spinosa, qui formam Maris laudati, non hemi-
A sphae-

Procœmium.

2

sphærii, ut vulgò pingitur, sed lilii convallium aperti formam habuisse, non attendens, in hæc verba erupit: *Quod si licet dicere, nos textum illum non intelligere, nescio hercule, quid ex scriptura intelligere possimus.* Formam autem Maris talem fuisse, ex ipso textu *1. Reg. VII. 26.* apparet, cujus diameter



CD vel *cd* fuit X cubitorum, circumferentia verò ventris XXX cubitorum, quæ exactè æqualis sexangulo, quod sex cuspides foliorum lilii convallium constituunt. Diameter ventris ergo invenitur ex ratione circumferentiæ & diametri, hoc modo:

355 ---- 113 ---- 30 ----- 9. 5493 (4) vel $9\frac{195}{355}$

Alterum exemplum fit *Colossus aureus Babylonicus*, cujus altitudo dicitur fuisse LX cubitorum, latitudo verò cubitorum VI. Primâ fronte videtur hæc proportio absurda, quia hominis pulcri longitudo ad latitudinem sextupla est, unde latitudo debuisset esse X cubitorum. Verùm, si proportionem corporis humani ab Augustino descriptam attendamus, facile apparet, VI cubitos non de latitudine à dextra ad sinistram, sed de crassitie à dorso ad ventrem, vel potius ad scrobiculum cordis intelligendos esse. Verba Augustini *l. XV. c. 26 de Civit. DEi* sunt: *Humana longitudo à vertice usque ad vestigia sexies tantum habet, quantum latitudo, qua est ab uno latere ad alterum latus.*

6

Proœmium.

3

& decies tantum, quantum altitudo, cujus altitudo est in latere à dorso ad ventrem. Veluti si iacentem hominem metiaris supinum seu pronom, SEXIES TANTUM LONGUS est à CAPITE AD PEDES, quantum latus à dextra ad sinistram, vel à sinistra in dextram, & DECIES, QUANTUM ALTUS à terra. Similem difficultatem deprehendimus in Historia Passionis Christi, ubi Evangelistæ non tantum ratione ordinis linguarum, sed in verbis quoque inscriptionum, cruci affixarum, discrepant.

Caput. I.

De Sententia Cardinalis Baronii.

A Ntequam autem nostram dicamus sententiam, aliorum quorundam autorum opiniones, retentis ipsorum verbis, recensebo, inter quos primus esto Cardinalis Cæsar Baronius, qui *Annal. Ecclesiast. Tom. 1. ad annum Christi XVI n. 7. & 8.* hæc habet: Græco uti sermone haud quaquam usu in urbe receptum fuisse, intelligitur ex iis, quæ *Suetonius in vita Tiberii, cap. 71.* scribit: Sermone Græco, quamquam aliàs promptus & facilis, non tamen usque qua usus est. Abstinitque maximè in Senatu: adeo quidem, ut, *Monopolium* nominaturus, prius veniam postulârit, quod sibi verbo peregrino utendum esset, atque etiam in quodam decreto Patrum, cum *εὐβλημα* recitaretur, commutandum censuerit, vocem, & pro peregrina nostratem requirendam: aut si non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enunciandam. Militem quoq; Græcè testimonium interrogatum, nisi Latinè, respondere vetuit: Hæc *Suetonius*. Eadem ferè de ipso testatur *Dio Hist. Rom. lib. 57,*

A 2

Suet

4 Cap. I. De Sententia Cardinalis Baronii.

Suetonius de Claudio cap. 16. tradit: splendidum virum, Græciæque provinciæ principem, verum Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasisse, sed etiam in perigrinitatem rede- gisse. Ad hæc spectant, quæ nar- rat Cicero de Lucullo, *ad Atticum lib. 1. ep. 16.* quod dicere solebat, se libenter Græcis barbara admiscuisse, ut se Ro- manum probaret. Commendat *Valerius max. lib. 2. c. 2.* de eadem re, Romanorum magistratum pristinum usum, cum ait: Magistratus verò pris- ci quantopere, suam populi- que Romani majestatem retin- entes se gesserint, hinc co- gnosci potest, quod inter cetera obtinendæ gravitatis in- dicia, illud quoque magna cum perseverantia custodiebant, ne Græcis unquam, nisi Latine, responsa darent. Quin etiam ipsa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, ex- cusa, per interpretem loqui cogebant; non in urbe tan- tum nostra, sed etiam in Græcia & Asia: Quo scilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior dif- funderetur. Nec illis deerant studia doctrinæ, sed nulla non in re pallium togæ sub- jici debere arbitrabantur: In- dignum esse existimantes, illecebris & suavitate litera- rum, imperii pondus & auctoritatem domari. *Hæc ille.*

Unde inferri potest in titulo crucis Domini, quem scripsit Pilatus, Hebraicè, Græcè & Latine, non eo or- dine, quo recensentur ab Evangelistis, *Luc. 23. Joh. 19.* inscriptiones esse positas. Nam diversi cum inter se repe- riantur, non ordinem ipsos secutos esse, sed tantum, quod factum esset, insinuasse: Sed Latinam inscriptionem pri- mo loco positam esse. Nam & Nicolaus Papa (*in Epistola ad Michaëlem Imp. 10. 3. Concil. nova edit.*) in Michaëlem im- pium Imperatorem furore quodam percitum in Latinam
lin.

Cap. I. De Sententia Cardinalis Baronii. 5

linguam insultantem ait: *Hac cum Hebræa & Græca in titulo Domini à reliquis discreta, insignem principatum tenens, omnibus Nationibus prædicat Jesum Nazaranum, Regem Judæorum.* Porro eadem lingua Latina Christi fidei sacramentis in Romana Ecclesia magis magisque nobilitata, sicut illa totius catholicæ fidei semper tenuit principatum, eodem modo & ipsa est præ cæteris exaltata. Unde Marcianus Imperator in Chalcedonensi concilio coram amplissimo Patrum conventu concionaturus, licet homo Græcus, & inter Græcos, & in ditione ac regione Græcorum, eandem orationem Latinè prius, postmodum, Græcè dixit, ut ex ipsius Synodi actis *actu. 6.* constat. Legati etiam Apostolicæ sedis Ecclesiæ Romanæ literas Romanorum Pontificum ad Synodos Græcorum Episcoporum conscriptas, non nisi Latinè legi, ac coram omnibus ex scripto recitari jubere consueverunt; &, nisi efflagitantibus omnibus ejus confessus Episcopis, Græcè reddere. Fidem facit horum omnium unus ex legatis ejusdem sedis Philippus Presbyter in S. Concilio Oecum. Ephesino, ubi recitatis Cœlestini Papæ literis Latinè scriptis universi Episcopi petierunt, ut eadem epistola Græcè translata, denuò recitaretur. Tunc his verbis sic interlocutus Philippus legatus: *Vetus, inquit, consuetudo habet, ut Apostolicæ sedis diplomata Latinè, proponantur, & hoc fat esse solet. Nunc verò quoniam Beatitudo Vestra efflagitat, ut literæ allatæ Græcè itidem relegantur, necesse fuit Vestræ Beatitudinis desiderio satisfacere.* In sacris etiam missarum solemnibus penes Græcos semper etiam viguit consuetudo, ut tam lectiones Evangelicæ, quàm Apostolicæ, primum Latinè, inde Græcè eadem in republ. recitarentur, ut idem, qui supra,

A 3

Ni-

Nicolaus Papa ad eundem Michaëlem Imperatorem scribens, testatur.

Ad ann. Christi XXXIV. num. 119.

Post hæc autem scriptus est à Pilato causæ titulus, qui super crucem affigitur eò ordine, quo ponitur à Johanne, nempe Hebraicè, Græcè & Latinè, ut apparet in parte tituli, quæ Romæ extat: ita tamen, ut secundum ea, quæ à nobis superius dicta sunt, & quæ Justinus leg. Decreta. ff. d. re judic. habet, in ipsius ordine nobilior locus, ac proinde prior ille sit visus, qui Christo vicinior esset: sicque Latina prior, novissima verò Hebraica, ut quæ Græca inferior, & barbara à Romanis haberetur, posita esset inscriptio.

Siquidem apud eos in teatro locus infimus Senatorum, summus verò plebis, Sigon. de Jur. antiqu. Roman. lib. 2. & in triumpho postremus Imperatoris, sed & in triclinio novissimus Consulis erat. Plutarch. in Sympotic. lib. 2. qu. 3. Sicque sedendo. procedendo & recumbendo locus ultimus primus esset.

Caput II.

De Opinione Casauboni.

Isaacus Casaubonus *Exercitatione XVI numero 86. ad Annales Ecclesiasticos Baronii.* ubi de *Elogiis puniendorum, & titulis punitorum*, tam jure Romano, quam more Judaico, voce præconis superdicendis, aut tabulæ inscribendis agit; Nomen, inquit, Juris Romani retinuit Johannes, cum scripsit c. XIX, 19. ἔγραψε δὲ καὶ τίτλον ὁ Πιλάτος. Nonnuseleganter: ἐπιγραφὴ μάρτυρα γόμφω γράμμα τόπιε καλῆσι. Λατινίδι τίτλον ἰωῆ In libris Romanorum affinia sunt *Elogia*
 ρωῆ

Cap. II. De Opinione Casauboni.

7

puniendorum, ut apud Suetonium, & *Superdicta*, voce præconis eorum, qui puniebantur, l. 13. §. fin. ff. de jurejur. & Tituli jam punitorum, ut in hoc loco Johannis. Quo pertinet eruditissimi Hesichii glossa: τίτλος πτυχίου ἐπιγραμμάτων, titulus est, pttacium continens inscriptionem. In Tranquilli Domitiano cap. 10. habetur hic titulus: *Impiè locutus Parmularius*, sed titulus eò loci non est fortasse ἡ ἐπιγραφή τῆς ἀπίας, ut doctis est visum. Verùm est potius *Superdictum*, quod præco pronunciavit, dum ille paterfam. trahitur ad supplicium, vel dum ad palum alligatur, canibus objiciendus; Fuit & moris Judaici, ut quoties de aliquo supplicium sumebatur, crimen; propter quod ille peribat, populo significaretur voce præconis. Auctor est Maimonides in *Perek. 13.* ejus libri ex opere *Jad*, solitum fieri, ut cum reus sententiam mortis passus, è loco judicii exibat, ducendus ad supplicium, præcederet ipsum הכריז קהנש, præco, & hæc verba diceret: *ille exit occidendus morte illà, quia transgressus est transgressione illà, in loco illo, tempore illò: & sunt ejus rei testes ille & ille. Qui noverit aliquid ad ejus innocentiam probandam, veniat, & loquatur pro eo.* Sed titulus cruci Christi affixus, more Græcorum & Romanorum fuit conceptus; eleganti quâdam brevitate, omisso verbò: ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων, ut recitatur à Marco: vel adjecto nomine, Jesus Nazarenus Rex Judæorum, quomodo habet Johannes. Apud Matthæum & Lucam leguntur amplius & illa verba: ἡ τῆς ἰσραήλ, quæ videntur non è titulo descripta, sed ab illis adjecta, sententiæ perficiendæ. Nec mirum, variis linguis titulum esse conceptum: Nam ita moris fuit, Imperatorum quoque edicta per Græciam & Asiam duplici sermone proponere

ponere, Græco & Romauo, ut declarant aliquot exempla apud *Josephum lib. 14.* Quin ipsos quoque Imperatores aliquando rescripta sua linguâ Græcâ concepisse, argumento est *l. 9. ff. de L. Rhod.* ubi libello Græco Eudæmonis Nicomediensis Imperator Antoninus Græcè rescribit. Porrò quis fuerit servatus ordo in titulis disponendis, non planè constat: quoniam Evangelistæ duo (nam reliqua duo omiserunt,) cum aliquâ diversitate eam partem historiae narrant. Apud Johannem hic est ordo: Hebraica inscriptio principem locum obtinet, sequitur Græca, & postremo Romana. Contra apud Lucam hæc series: Græca, Romana, Hebraica. Si causam quæris diversitatis; respondebo: Evangelistas rem momenti nullius, ordinem in istis inscriptionibus, neglexisse, & ut quidque illis veniebat in mentem, id scripsisse. Ita illos sua incuriositate, nostram castigasse curiositatem, qui frivola sæpè sectamur, seria negligimus. Sin aliquam rationem sunt secuti Evangelistæ; haut dubiè illa est, quam hîc afferam: Johannes ordinem naturæ & veritatis secutus est: Lucas eundem servavit, quem ipse Pilatus, aut Pilati ministri. Naturæ & veritati consentaneum esse, ut primo loco Hebraica ponantur, secundo Græca, tertio demum Romana, neque ignorare, neque negare potest quisquam, non planè infanus. Romanos autem sine discrimine in talibus modò Græca, modò Latina priori loco posuisse, ostendunt illa edicta, quæ recitantur à *Josepho lib. 14.* In epistola Julii Cæsaris ad Tyrios ita scriptum: βέλομαι ἢ καὶ ἑλληνιστῶ καὶ ῥωμαῖσι ἐν δέλτῳ χαλκῆ τῶτο ἀνατεθῆναι, hîc Græca anteponuntur Romanis. At in ipso edicto sic loquitur Cæsar: ἀνατεθῆναι ἢ χαλκῆν, δέλτῳ πάντα περιέχουσαν, ἐγκεχαρταγμένην

χαρμ-

Cap. III. De Notis Pacii ad. l. 13. ff. de Jurejur. 9

ὑγράμμασιν Ῥωμαϊκοῖς τε καὶ ἑλληνικοῖς. Hic vice versâ Romanæ literæ prius nominantur, deinde Græcæ. Ex quo apparet, ipsos Romanos aliquando antiquitatis rationem habuisse, & primas linguæ Græcæ concessisse aliquando Imperii, & Romanam illi anteposuisse. Ut mirari nemo debeat, titulos eô ordine fuisse dispositos, quem indicat Lucas. Hæc ut scriberem, non propriâ voluntate sum impulsus: quia talia curare frivolum duco. Et nimii otii argumentum: sed exemplo Baronii; qui de eô ordine in dispositione horum titulorum servato, ea philosophatur eo loco.

Caput III.

De Notis Pacii ad leg. 13. ff. de Jurejur. Et ad l. 16. C. ex quib. caus. inf.

Julius Pacius Jctus in Commentario Pandectarum, anno 1580. edito, ad legis 13. §. ult. ff. de jurejur. ubi Ulpianus ad edictum: si quis juraverit in re pecuniariâ per genium Principis, dare se non oportere, & pejeraverit; vel dari sibi oportere; vel intra certum tempus juraverit, se soluturum, nec solvit: Imperator noster cum Patre rescripsit, fustibus eum castigandum dimittere, & ita ei superdici: ἀγοπετῶς μὴ ὄμνῃ i. e. petulanter ne juratô. Hæc monet: Veteres cum de damnato homine supplicium sumebant, in loco supplicii conspicuo ἐπιγραφήν, seu (ut vocant) titulum affigebant: quo breviter admonitus populus, pœnæ à reo expeditæ causam intelligeret: eôque exemplo à simili facinore perpetrando cæteri avocarentur. Ex hoc more imposta fuit inscriptio cruci Christi Servatoris nostri. Idem ad l. 16. C. ex quib. caus. infam. συνοφαντεῖς rectè. vid. Duaren. ad titul. de in lit. Jura. Quædam hîc adjiciunt Græci Basilicæ compositores, quæ
B refert

10 **Cap. IV. De Notis Gothofredi, ad dict. leges.**
refert *Cujacius l. 13. obs. 3.* sed ea potius interpretationis causa
addita esse arbitror. Verum inter cædendum præconem
pœnæ causam dicere consuevisse, Rævardus multis aucto-
ritatibus probat, & ipse etiam Cujacius.

Caput IV.

De Notis Dionysii Gothofredi ad dictas leges.

AD eandem legem Dionysius Gothofredus *in notis ad
Pandectas anno 1590. editas, hæc habet: Super indici: est ne
scripto, ut putat Thuareus, utque crucis Christi inscri-
ptio innuit? An verò per præconem, ut Contius existimat,
argumento l. 10. C. ex quib. caus. infam. utrumque factum
videtur. Posterius tamen verius est, & huic loco aptius, si-
milis vox præconis ἐπινοφάντος i. e. calumniatus es, in
dict. lege 16. Legatum populi Romani, homo plebejus te-
merè amplecti noli, apud *Spartianum*, quod tibi non vis
alteri ne feceris, *Lamprid. in Alexandro.* Fumo puni-
tur, qui fumum (aulicum scilicet) vendidit. *ibidem.*
Imposturam fecit & passus est. *Trebell Pollio in Gallieno.*
Polycarpus tertio confessus se Christianum esse. *Euseb. 4.
c. 5.* Agnes sacrilega virgo, Diis blasphemiam inferens,
scortum lupanaribus data, *Ambrosius sermone 90. adde
Zonaram 3. Annalium in Valentiniano, ubi de Rhodano
præposito & mos ille superdicendi præconianus adum-
bratur. Præter id genus superindictionis, titulus nonnun-
quam appensus vel affixus erat, qui causam pœnæ judica-
ret: qui inde ἀνία Matthæo 27. ἐπιφραφή, Marco 15. & Luca
23. πλάθ. Johan. c. 19. Svetonio in Caligul. 33. πινάζ, Eusebio 5.
hystor. 1. Formulæ vero hujusmodi. Hic est rex Judæo-
rum:**

Cap. V. De Formulis superditionum.

rum : Rex Judæorum : Jesus Nazarenus Rex Judæorum, Matth. Luc. Marc. Johann. ibid. Impiè locutus parmularius. Svetonius ibid. Hic est Attalus Christianus. Euseb. d. loc.

Idem Dionysius ad l. 10. C. ex quib. caus. infam. ubi Gordianus Imperator ita constituit : fustibus casum, cui per præconem ita dictum est, ἐουκοφάνητος i. e. calumniatus es, ut calumniatorem videri notatum, ideoque esse famosum, manifestum est, in notis hæc habet : mos antiquus & à Platone probatus in legibus lib. 11. &c. Alia quædam repetita ex antiquitatis flore vid. apud Cujac. lib. 8. obs. 7. & lib. 13. obs. 3.

Caput V.

De Formulis superditionum & inscriptionum ex Brissonio.

A Ccuratissimè de ejusmodi formulis scripsit Barnabas Brissonius lib. 5. de formul. in fin. Nec prætermittendæ quidem eæ voces videntur, quas præconum ore in suppliciis sumendis missas accepimus. Moris enim erat sub præconis elogio, seu præcone causam condemnationis superdicente, de damnatis pœnas exigi. Et ita Ulpianus in l. si duo. 13. in fin. ff. d. jurejur. Imp. Severum & Antoninum rescripsisse ait, eum, qui per genium Principis pejerasset, fustibus castigandum dimitti, & ita ei superdici προπιτῶν μὴ ὄμνως. Simili modò in l. fustibus. 10. C. ex quib. caus. infam. fustibus cæsus quidam refertur, cui per præconem dictum fuit, ἐουκοφάνητος. Severus etiam in Proconsulari Africæ Legatione, quendam municipum suorum, qui cum præcedentibus fascibus, ut antiquum contubernalem ipse plebejus amplexus erat, Spartiano teste, fustibus cecidit, sub hoc præconis elogio : LEGATUM POPULI RO.

B 1 HOMO



HOMO PLEBEJUS TEMERE AMPLECTI NOLI.

Alexander quoque, ut est à *Lampridio in ejus vita* proditum, per præconem, cum aliquem emendaret, dici jubebat: **QVOD TIBI NON VIS, ALTERI NE FECE-**

RIS. Idem Imperator Turinum furni venditorem, fumo apposito, quem ex stipulis atque humidis lignis fieri jussert, necavit, præcone dicente: **FUMO PUNITUR**

QUI VENDIDIT FUMUM. Simili modo Divus Ar-

brofius *sermo. 90.* Judicem narrat, Agnem virginem spoliari, & nudam ad lupanar duci jussisse, sub voce præ-

conis dicentis: **AGNEM SACRILEGAM VIRGINEM,**

DIIS BLASPHEMIAM INFERENTEM, SCORTUM

LUPANARIBUS DATUM. Quibus similia alia exem-

pla jam ante me à multis congesta sunt. Gallienum etiam

Trebell. Poll. scribit, cum quidam gemmas vitreas pro veris

vendidisset ejus uxori, atque illa re proditâ vindicari vel-

let, surripi quasi **AD LEONEM** venditorem jussisse, de-

inde caveâ caponem emisisset, mirantibusque cunctis rem

tâm ridiculam, per Curionem dici jussisse, **IMPOSTU-**

RAM FECIT, ET PASSUS EST. Nam illic *Curionis*

nomine *praco* accipiendus est, quo sensu *Rufinus* idem no-

men usurpavit, in versione hujus loci, qui habetur *histor.*

Eccles. Euseb. lib. 4. c. 15. Quod Græcè scriptum est de Pro-

Consule Asiæ: Πέμψατε τὸν κήρυκα, καὶ ἐν μέσῳ τῶ σπείδι κη-

ρῦξαι τελεῖ. Πολύκαρπος ὁ ὠμολόγησεν ἑαυτὸν χριστιανὸν εἶναι. Id ille ita

convertit: Misso igitur **CURIONE** ad populum Pro Consul

jubet voce maximâ protestari, **POLYCARPUM TERTIO**

CONFESSUM, CHRISTIANUM SE ESSE. *Zonaras*

tom. 3. Annal. in Valentiniano de Rhodano præposito: Ἀυτί-

κα γυμνοὶ μὲν ἐκείνοι τὰ ἀξιώματα κελύει δὲ δεθέντα ἐν τῷ θεά-

τρῶ-

τρω πειραχθῆναι, ἀγῶνⓄ ἰππικῆ ἀγούρας, κηρύκων αὐτῆ πειρα-
 γῶν καὶ τὸ εἰς τὴν γυναῖκα βωμάτων ἀδίκημα, καὶ τῆ βασιλικῆ κε-
 λεύσματⓄ τὴν παρικοήν. καὶ μετ' τὴν παρελαγωγὴν, καὶ τὴ κήρυγμα,
 ἐκεῖ παρευθὺ καυθῆναι αὐτὸν. Interdum verò Titulo, qui
 causam poenæ indicaret, præcedente, vel appenso, aut fixo,
 in damnatos animadversum, *Svetonius in Caligula cap. 31.*
testatur. Idem in Domitiano cap. 10. Patremfamilias, quod
 Thracem Mirmilloni parem dixerat, canibus objecit, cum
 hoc titulo, IMPIE LOCUTUS PARMULARIUS. Et
 hoc more *D. Matthæus cap. 27.* καὶ ἐπέθηκαν, αἱτ, ἐπάνω τῆς
 κεφαλῆς αὐτῆ τὴν αἰτίαν αὐτῆς γεγραμμένην. ΟὔΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΙΗ-
 ΣΟΥΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ. Sic & *D. Marcus cap.*
15. καὶ ἡ ἐπιγραφή τῆς αἰτίας αὐτῆς ἐπιγεγραμμένη, ὁ βασιλεὺς τῶν
 Ἰουδαίων. Et *D. Luc. c. 23.* ἦν ἡ καὶ ἐπιγραφή γεγραμμένη ἐπ' αὐτῶ
 χράμασιν ἑλληνικοῖς καὶ Ῥωμαϊκοῖς καὶ ἑβραϊκοῖς, ἕως ἐστὶν ὁ
 βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. Et *D. Johannes. cap. 19.* Ἐγραψε ἡ πύλον
 ὁ Πίλατος καὶ ἔθηκεν ἐπ' αὐτοῦ, ἦν δὲ γεγραμμένη Ἰησοῦς ὁ Να-
 ζωραῖⓄ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων. *Euseb. l. 5. histor. Eccles. c. 1.*
 καὶ πειραχθεὶς κύκλω αὐτῆ ἀμφιθέατρος, πίνακⓄ αὐτὸν προάγοντⓄ ἐν
 αὐτῆ ἐπιγεγραπτο Ῥωμαϊστῆ. Οὗτός ἐστιν ἀπάλⓄ ὁ χριστιανός, ubi ku-
 fit. recte πίνακα titulum vertit.

Caput VI.

Aliqua ex Hieronymo & Isidoro.

Nicolaus Henelius ab Hennenfeld in *Otiō Wratislaviensi c. 3.*
 de Lingvæ Latinæ apud Romanos observantia, inter
 alia explicationem Lyræ ex S. Hieronymo desumptam ad-
 ducit, nempe: *Has tres linguas in crucis titulo conjunctas*
fuisse, ut OMNIS LINGVA commemoraret perfidiam Judæorum.

Isidorus Hispalensis *Originum* l. 1. c. 1. n. 20. Tres linguas, quibus Pilatus in inscriptionibus usus est, propterea *Sacras* vocat.

Caput VII.

Tabellæ descriptio secundum Voffium.

Gerhardus Johannes Voffius *Harmonia Evangelicæ* lib. 2. c. 7. §. 20. Vidimus, inquit, de partibus crucis majoribus: quæ formam crucis constituunt. Sunt præterea aliæ minores, non tamen simpliciter necessariae, quia & crux erat sine partibus minoribus. In his de una constat ex Scripturis. Ea est tabella supra verticem, quæ continebat, supplicii causam. Ita in Christi Cruce hæc tabellæ inscripta erat mortis ratio, quod regnum affectasset. Græcis ideò titulus, *αιτία*, de quo *Scaliger Animadversionibus Eusebianis* ad annum 1973. Erat vero tabella ceruffata, cui literæ atramento sic inscribentur, ut longius conspicerentur. Nec tamen grandes adeò, quam censent, qui putant, sublimes usq; adeò cruces fuisse Romanis. Hic quoq; media ineunda est via. Quia verò scriptæ literæ istæ majusculæ in gypso, hinc tabellam eam *Sozomenus*, de cruce Christi agens, *λέυκωμα* appellat. Id vocabulum *Etymologus magnus* ait signare tabellam gypso dealbatam, utilem ad ei inscribendum, quæ publicanda essent. *Album* vocat lex Constantini in Codice Theodosiano. *λευκήν σανίδα* nuncupat Nicephorus Callistus, ac firmat illud Hesychii, huic probando etiam Salmasio adlatum: *σανίς λευκή, λέυκωμα, ἐν ᾧ αἱ γραφαὶ τῆς θείης ἐγράφησαν πρὸς τὰς κακὰς πράξεις. τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ ταυρῶν.* *SANIS* *alba*, *album*, in quo sententia adversus maleficos Athenis scri-

scriberentur. Apponebatur vero in cruce. Quod postremum capere oportet de temporibus ante Constantinum Magnum. Ac planè existimo, Hesyhium (Christianus enim fuit) in animo habuisse a^utiav, quæ conspecta in cruce Christi.

Hæc sufficiant ex aliis adduxisse auctoribus, exponenda nunc erit mea quoque sententia, quam non aliorum Virorum doctissimorum opiniones refutandi, sed altius in veritatem inquirendi gratia nunc profero.

Caput II.

De nova hætenus incognita sententia.

TRilinguem illam inscriptionem non tantum tribus diversis tabulis inscriptam fuisse, sed quoad verba etiam variasse existimo: quemadmodum ex adjecto schemate patet, ubi hoc ordine locatæ sunt tabulæ.

ΟΤΤΟΣ
ΕΣΤΙΝ
Ο ΒΑΣΙ-
ΛΕΥΣ
ΤΩΝ ΙΟΥ-
ΔΑΙΩΝ

HIC EST
JESUS
REX JU-
DÆO-
RUM

ישוע
הנצרי
מלך
היהודים

Lucæ XXIII, 38. Matthi XXVII, 37. Johannis XIX, 19.

Marcus X, 26. Titulum causæ inscriptum exprimit duobus verbis, quæ in singulis reperiuntur tabulis, nempe:

Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ

Pila-



Pilatus itaque Judex Romanus non tantum Latino idiomate titulum hunc exprimere, sed eidem Linguae præcipuum quoque locum adsignare debuit, ob *leg. XL. ff. de Rejudic.*

Si ergo Pontius Pilatus, vel alius Romanus exprimere debuisset ordinem inscriptionum, procul dubio dixisset, titulum scriptum fuisse

LATINE, GRÆCE & HEBRAICE
vel LATINE, HEBRAICE & GRÆCE.

Johannes Evangelista verò, qui etiam aliàs sæpius *sacri Idiomatis* rationem habuit, juxta genium lingvæ Hebrææ locavit inscriptiones. Hebræi enim à dextra ad sinistram legunt suam scripturam, ergo Hebræam primo, Græcam secundo, Latinam verò tertio loco positam fuisse scribit.

Hic ipse autem Evangelista aliquoties Hebraicas adhibet & interpretatur voces, ex. gr. *cap. V, 2.* Lacum propè ovile vocat *Bethesda* בֵּית חֶסְדָּא


cap. XIX, 13. *Gabbatha* גַּבְּתָהּ vel *Syr.* גַּבְּתָהּ


v. 17 *Golgatha* גִּלְגֹּתָהּ vel *Syr.* גַּלְגַּתָּהּ

Apocalyps. c. X, 11. *Abaddon* אַבְדּוֹן


Lucas, Pauli Doctoris Gentium, & potissimum Græcorum, fidus comes, horum gratia Evangelium suum scripsisse videtur, & propterea more Græcorum, qui a sinistra ad dextram legunt ac scribunt, enunciavit trinam illam inscriptionem, primoque GRÆCAM, deinde LATINAM, & ultimo HEBRÆAM nominat linguam.


Lucam Evangelium suum Græcè scripsisse, inter alia probari posse videtur ex iis, quæ Petrus Gassendus in *Vita Peireskii lib. 5. ad ann. 1635. p. 187.* scribit. *Misit*, inquit, (Peireskii sc. ad Salmasium) *plura; sed pluris nihil fecit, quam*





104





incognita sententia.

17

quàm Volumen quatuor Evangelistarum Elcuphticè, seu Cophticè scriptum, Arabiceque declaratum; & maximè propter appositos annos, quibus singuli Evangelistæ scripserunt. Quippe tametsi initio defuit præfatio in Matthæum, quâ annus contineri debuit; & præfatio in Johannem visa est mendosè habere scriptam historiam anno sexto Imperii TARSOS pro Nerone, & Dominica Ascensionis trigesimo: quod tamen spectat ad duas alias, altera in Lucam, planum fecit, scriptam ab illo historiam Antiochia anno Claudii duodecimo, & Ascensionis vigesimo; altera verò, quæ in Marcum, scriptum ab ipso Evangelium anno quarto ejusdem Claudii, & duodecimo Ascensionis. Quàm exsultasset verò si perfectum habuisset, exstare Codicem Arabicum persimilem penes illustrem Mon-Morium Libellorum supplicum Magistrum, quo præfationes integræ continentur? Habent illa ex pereruditi Hardyæi interpretatione fuisse Matthæi Evangelium Hebraicè scriptum Anno Claudii primo, Ascensionis nono: Marci Evangelium Latinè scriptum anno Claudii quarto, Ascensionis duodecimo: Lucæ Evangelium Græcè scriptum Anno Claudii decimo quarto, Ascensionis vigesimo secundo: Johannis Evangelium Græcè scriptum anno Neronis octavo, Ascensionis trigesimo.

Matthæus videtur in sua historia Latinam inscriptionem expressisse, nisi quis, propter præcedentia ex Codice Arabico petita, statuere maluerit, Marcum descripsisse Latinum titulum.

C

Cap.

Caput IX.

*Duarum quaestionum resolutiones
continens.*

Nunc ad ea, quæ præcedenti capite dicta sunt, vel confirmanda, vel illustranda quaeritur: I. Antrium titulorum unus idemque tenor, an diversus fuerit? Putant quidem nonnulli eundem fuisse, suntque iterum diversæ opinionis. Alii enim duos Evangelistas Matthæum & Lucam duo verba *ὁ ἰησοῦς ὁ βασιλεὺς τῶν ἰουδαίων*, non ex titulo descripsisse, sed sententiæ perficiendæ gratia adjecisse. Alii verò Marcum & Johannem dicta verba neglexisse; præterea tres reliquos cognomen *Nazareni*; Marcum & Lucam verò Nomen proprium *JESUS* omisisse, quamobrem ex omnium Evangelistarum descriptionibus tres conformes formant inscriptiones, hoc modo:

יהושע המלך הנצרי
 ΟΤΤΟΣ ΕΣΤΙΝ ΙΗΣΟΥΣ Ο ΝΑΖΩΡΑΙΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ
 ΙΟΥΔΑΙΩΝ.

HIC EST JESUS NAZARENUS REX
 JUDÆORUM.

Verùm neutram harum opinionum quadrare historiae passionis, vel ex solo Johanne demonstrari potest, qui *cap. XIX. v. 21.* expressè scribit, Pontifices rogasse Pilatum, ne scriberet: *Rex Judæorum* (sc. est,) sed, *quod dixerit, se esse Regem Judæorum.* Unde haud obscure colligitur, Johannem non ignorasse in reliquis inscriptionibus adjectum fuisse Pronomen demonstrativum, interim tamen more solito

resolutions continens.

19

oli o exactè observare & exprimere voluisse titulum Hebræum. Sæpè enim Johannes aliqua, à reliquis Evangelistis prætermissa, adnotavit, cujusmodi egregium exemplum habemus in *versiculo 34. hujus capituli XIX.* ubi narrat ex vulnere, quod unus militum lancea aperuerat, continuo sanguinem & aquam effluxisse. Ne etiam quis singularem hanc observationem forsan in dubium vocet, *versu sequenti 35.* hæc addit: *Et qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus: & ille scit, quia vera dicit, ut & vos credatis.* vid. *Matthes. Mosaic. tit. XXXIX. §. 29, 30.*

II. Quæritur, Num unus idemque tres illos titulos scripserit, an Plures? Posterius affirmandum esse puto, quia non ipse Pilatus, sed ministri ejus scripserunt hos titulos. Propter diversitatem linguarum autem in Judæa, cui præpositus erat, usitatarum, diversos quoque ipsum habuisse amanuenses, qui causas in diversis idiomatibus expedirent: Paucissimi enim Romanorum Hebræam intelligebant linguam. Hinc Chiliarchus sive Tribunus Romanus *Actor. XXI, 37.* Paulum in tumultu apprehensum interrogat: *Ἔγνωσι γαλώνας: Num Græce nosti?* qua interrogatione haud obscure suam linguæ Hebrææ imperitiam prodidit.

Pari ratione Reges, diversis populis imperantes, diversa quoque habent Collegia, istarum nationum causas dirigentia, *Ex. gr.* Augustissimus Rex Daniæ, quia Provincias aliquas Germanicas possidet, duabus diversis Consiliis sive Cancellariis res Danicas & Germanicas expediendas committit. Non tantum autem hodiè, sed jam olim tempore Monarchiæ Persicæ, si subditi variis uteban-

C 2

tur

tur linguis, diversi amanuenses sunt adhibiti, ut apparet ex *Esthera cap. 1. v. ult. cap. III. v. 12. cap. II. v. 9.* ubi legimus: convocatos fuisse Regis scribas, qui centum & viginti septem populorum linguis diversis Edictum Regium conciperent, ipsis quoque Judæis suâ linguâ i. e. Hebraicè rescriberent, ut omnibus Persico Regno subjectis populis, voluntas Regis innotesceret.

Caput X.

De Vossii Sententia.

GErhardus Joannes Vossius fermè per omnia approbat *Casauboni* sententiam, quam tamen paulo mollioribus exprimit verbis; interim & hîc locum habet istud proverbium:

Ut lateant vera, causa finguntur inanes.

Ita autem scribit in *Harmonia sua Evangelica lib. 2. cap. 8. §. 4. & seqq.* Titulus verò erat, ut integrè eum refert Joannes, qui postremus Evangelistarum scripsit: **JESUS Nazarenus Rex Judæorum.** Fusè differit Cajetanus, cur hoc crimen potissimum adscripserit Pilatus, cum plura fuerint, quorum accusaretur: vid. eum *jentaculi primi questione quarta.* Sanè hîc pactò egregiè se ultus est de Judæis. Negabant illi, posse esse Cæsaris amicum, nisi eum, qui Regem se diceret, pœnâ crucis afficeret, quæ seditiosos maneret. Paruit ille: atque ita fatis ostendit, Cæsaris se gratiam cupere. Sed dum scribi jubet, *JESUS Nazarenus Rex Judæorum;* non, (ut maluissent proceres Judæorum) qui se Regem diceret Judæorum: exprobavit illis stultitiam, quod Regem expectarent, & quando haberent, voluissent eum cruci affigi.

Tri-

Tribus linguis adscriptus fuit titulus: *Hebraea*, quia hâc uterentur, ubi sumtum supplicium: *Gracâ*, quia hâc maximè familiaris esset Orienti, ex quo Alexander M. eum subegisset, & Seleucidæ sive Syromacedones, imperium illic tenuissent, ut Ptolemæi in Ægypto. *Latinâ* autem, quia Judæa & Syria reliqua in Romanorum foret potestate, ex quo Tigranem vicerat Pompejus.

Eò igitur tribus hisce linguis scriptus fuit titulus, quia nemo Hierosolymis foret, quin aliquam é tribus istis linguis nossent. Ut nihil sit opus eò recurri, quod in tribus linguis cernamus non contemnendum Trinitatis mysterium. Quod placuit inter alios; *Jacobo Ledesima*, libro de divinis scripturis quavis linguâ non legendis, c. 3. p. 19. editionis Colonienfis 1597.

At Lucas quidem hoc ordine linguas recenset, *Græca*, *Latina*, *Hebraea*: Joannes illô, *Hebraea*, *Græca*, *Latina*, Arripiunt hunc Joannis ordinem *Baronius*, *Grezerus*, alii, ac Latinam linguam extremo ajunt loco collocari, quia locus extimus fuit honoratissimus. In quo immanè quantum eos ratio fugit; *Baronius* tamen illud evincere conatur ex eo, quod in theatris & amphitheatris, ima cavea Senatorum foret. Quasi hoc alia de causa fuerit, quàm, quia sic proximo spectaculo forent, ac facilius cuncta cernerent. Idè *Baronius* pro se affert, quod in pompâ triumphali præmitterentur aurû, & alia hujusmodi, postea verò dux subactus, & inde Imperator consequeretur. At hoc factû, ut sic voluptas cresceret spectaculo. Quod non fuisset, si initio præissent victi Duces & Imperator. Imò nec in eò quidem satis rem explicat, cum Imperatorem ait postremum fuisse. Nec enim in fine is, sed medio pompæ erat, quippe seque-

bantur Imperatorem amici ac Senatores, posteaque legiones. Nihil solidius est, quando postremum ait fuisse locum Consulare. Cujus causam vide apud *Plutarchum* in *Problematis*. Nihil profecto certius, quam Romanis, duo si forent honoratiorem fuisse locum priorem; si tres, medium. Quare longè aliter statuendum de ordine linguarum, quam *Baronius* putavit.

Nempè Joannes retinuit ordinem eum, quo linguæ istæ in Judæâ fuerunt usurpatæ. Nam Judæorum sermo vernaculus erat Hebræus; à Græcis victi, Græcam; à Romanis subacti, Romanam didicere. Proque eo ordine etiam se habet harum trium linguarum antiquitas. *Latina* enim profluxit è *Græcâ*, Arcadum imprimis, qui *Doricè* locuti. *Græca* autem promanavit à *Phœnicia* sive *Syria*, quæ dialecto solum ab Hebræa differebat.

At Lucas attendit ordinem Pilati vel ministrorum, qui primum locum genti dedere, quæ prius vicisset Judæos: Secundum autem, quæ secundo subegisset; postremo verò genti bis subactæ. Et profecto quid æquius, quam ut postremum sortiretur locum gens, quæ prius paruisset *Græcis*, nunc verò subiecta fuisset *Romanis*. Quod verò *Græcam* præmisere *Romana*, licet & *Græci Romanis* parent, id inde est, quod *Judæorum* haberetur ratio, qui prius ab *Alexandro Magno*, postea à *Pompejo M.* essent victi. Accedit quod Græca lingua multò latius pateret, quam *Romana*, ac istis terris Græcè propè omnes scirent. Latine non item.

Cui hæc causæ non placent, dicat, eò diverso ordine usos Evangelistas, quia de ordine non laborarent, sed sufficeret iis, dicere de tribus linguis, quæ tùm in usu essent:

Ac

4.

CAP. XI. De Blasphemis &c. 23.

Ac neglectu ordinis, ostendissent, neque nos ordine curiosos esse oportere. *Hactenus Vossius.*

CAPUT XI.

*De Blasphemistituli Crucis corrupto-
ribus, & Calvaria ac Sepulcri profana-
tionibus.*

NOtatu dignissima est illa de horrendo quodam Judæorum blasphemorum scelere, ante aliquot secula in Patria mea, Principatu nempe Hennebergico commisso, & ante XC. circiter annos detecto, historia. In laudato principatu est municipium, ob ædem Divo Henrico consecratam, simile nomen (*Heinrichs*) retinens, 24 vel 26 miliaria Italica *Erfurdo Thuringia*, 60 vero *Egrâ Bohemia*, & totidem, nempe 60, *Herbipoli sive Wirtzburgo Franconia* distans, cujus incolæ signum Christi crucifixi sculpendum curârunt; cum nemo Christianus ob barbariem istorum temporum Inscriptionem Hebraicam adornare posset, ipsi tamen secundum Evangelistas trilinguem desiderarent titulum. Unus ex municipibus Francofurtum ad Mœnum, vini coëmendi gratia, proficiscens, Judæum, uti conjiciunt, conducit, qui inscriptionem Hebræam adponeret. Judæus optatam, virus suum maledictum in semper benedictum Salvatorem nostrum evomendi, nactus occasionem, promptè annuit, &, mercede acceptâ, inscriptionem Hebraicam exhibuit, quam una cum Græcâ & Latinâ sine ulteriori inquisitione | cruci affigunt. Anno hujus seculi VII. mense Augusto laudati Principatûs Superintendens Generalis, piæ memoriæ, Eruditissimus.

24 CAP. XI. De Blasphemis tituli corruptoribus,
mus *Joachimus Zehnerus*, Proavus meus maternus, ædem
ante dictam visitans & perlustrans, inter alia elevatæ cu-
jusdam crucis inscriptionem observavit, cumque eminus
legere non posset, fabro cuidam serario, cui nomen *Valen-
tinus Tribel*, ut tabellam detraheret, & Schleusingam af-
ferret, in mandatis dedit, qui paulo post mandatum con-
sentiente Pastore loci exsecutus est. Mense sequenti unus
ex municipibus nomine *Petrus Heym* gravissime in ante-
dictum serarium invehitur, ipsum furem & sacrilegum,
Dn. Zehnerum vero reliquosque Pastores in detractionem
tabellæ consentientes vocitans iconomachos & veræ reli-
gioni insidias struentes, nec maledicta, minas & scommata
fundere desistit priusquam carceri inclusus ad deprecatio-
nem condemnatus, ac de non amplius offendendo jurato &
quidem datis fidejussoribus cavere per sententiam in illu-
stri Consistorio Menungensi die 22. Sept. anno clō lō c vii
latam, coactus fuisset.

Non autem Judæi tantum, sed etiam Ethnici tam ver-
bis, quam aliis modis ludificarunt & profanarunt sanctis-
simam Salvatoris nostri semper benedicti Passionem &
Resurrectionem, cujusmodi insigne *Vossius Harmonie Evan-
gel. lib. 2. cap. 6. §. 17.* adducit exemplum ex *Hieronimi epist.
XIII. ad Paulinum de Institutione Monachi*, ubi, ab *Hadriani*, in-
quit, temporibus usque ad imperium *Constantini* per annos circi-
ter *CLXXX*, in loco resurrectionis simulacrum *Jovis*, in crucis
rupe statua ex marmore *Veneris*, à Gentibus posita colebatur,
existimantibus persecutionis auctoribus, quod tollerent nobis fidem
resurrectionis, & crucis, si loca sancta per idola polluisent. Idem
de *Calvariæ monte* tradit *Alexander Monachus*, homilia
de *Inventione S. Crucis*, & *Georgius Ἀματωλός* in *Chroni-
co*; & ante hos *Socrates*, *Theodoretus*, *Sozomenus*, ac *Rufinus*
Hiero-

Heronymi æqualis. Et ante hos omnes *Eusebius lib. III. de Vita Constantini cap. XXV. Nefandum, inquit, revera, & execrabile bustum animarum construxere, & obscurum lascivo Veneris demoni recessum adificarunt. Porro Adrianum in templo ac loco Dominice Passionis, dæmonum simulacra constituisse scribit Sulpitius Severus, lib. 2. Hist. Sacr.*

Cap. XII.

De Hora, quâ Salvator noster Crucifixus est.

Coronidis loco aliqua de hora exaltationis, (ita sui crucifixionem Salvator nominare amat *Joh. III, 14. IIX, 28. XII, 32.*) in qua determinanda dissentiunt Evangelistæ, quorum verba sunt:

Matth. XXVII, 45. ἀπὸ δὲ ἑκτῆς ὥρας σκότος ἐγένετο. à sexta hora tenebra facta sunt:

Marc. XV. 25. ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt ipsum. c. XV. 33. γενόμενης δὲ ὥρας ἑκτῆς, σκότος ἐγένετο. Factâ (five completâ) autem horâ sextâ, tenebra facta sunt.

Lucas XXIII. 44. ἦν δὲ ὡσεὶ ὥρα ἕκτη, καὶ σκότος ἐγένετο. Erat autem quasi (circiter) hora sexta, & tenebra facta sunt.

Joh. XIX. 14. ἦν δὲ παρασκευὴ τῆς πάσχα ὥρα δὲ ὡσεὶ ἕκτη καὶ λέγει (ὁ πλάττω) τοῖς Ἰουδαίοις, ἴδε ὁ βασιλεὺς ὑμῶν. Erat autem parasceve Paschatis, hora autem quasi (vel circiter) sexta: & dicit (Pilatus) Judæis, Ecce Rex vester.

Huic Evangelistarum dissensui trifariam occurri solere, docet Gerh. Joh. Vossius *Harmon. Evang. lib. 2. c. 7. §. 5.* ubi hæc habet: *Sunt, qui putent, esse alterutrius Evangelistæ errorem. Sunt, qui existiment, esse lapsum librarii in alterutro*

D

loce.

loco. Sunt, qui nihil esse peccatum, ac conciliari ista posse loca, arbitrentur.

Qui in rebus non necessariis ad fidem, uti in minuta de loco, aut tempore, circumstantia, vel in numero, aut simili, Evangelistas falli posse statuunt, provocant ad verba Baronii ad ann. XXXIV. §. 140. Quod Johannes dicit, ferè horâ sexta; Marcus & Mattheus absque ulla distinctione dixerunt, horâ sextâ: ut ex his cognoscas, Evangelistas in conscribendis horis horologium non habuisse præ manibus, ut per sua puncta singulas horas distinguere potuissent; sed de horis scripsisse, quod tunc opinati essent.

Qui librarii in alterutro Evangelista errorem censent, hi ajunt Evangelistas non integrè τρίτη καὶ ἕκτη scripsisse, sed ρ, & ς, inque ea scripturæ similitudine vel apud Marcum ρ pro ς, vel apud Johannem ς pro ρ irrepisse. Postea commisso hoc errore, placuisse, ut non numerorum notis, sed integris vocibus scriberetur. Ac videri possit etiam Nonnus ρ pro ς apud Johannem legisse. Saltem pro ἕκτη vertit τρίτη. Sic enim ejus habet paraphrasis:

Ἦν δὲ πταινομένην τρίτη θανατηφόρος ὥρη.
καὶ Πιλάτῳ ταχυεργὸς ἐπ' εὐλαίῳσι θοώκῳ
Ἑβραίοις ἐβόησεν, ἰδε σχεδὸν ἴσται ἀνὴρ
Κόιρον ὑμείων.

Eratque protensa tertia letifera hora;
Et Pilatus promptus in confecta ex bonis lapidibus sede,
Hebrais clamavit, ecce propè stat vir
Dominus vester.

Tertia est opinio illorum, qui hæc reconciliant. Quod non uno faciunt modo. Aliqui putant, horas non accipi pro duodecimâ diei parte, sed quartâ, sive trihorio: quo

Salvator noster Crucifixus est.

27

quo pacto, ut ex *Censorino cap. 23.* constat, & diem, & noctem in quatuor vigiliis dispersebant. Sic prima diei hora fit usque ad ineuntem horam quartam; secunda usque ad ineuntem septimam; tertia usque ad initium noctis; quarta usque primam noctis. Quomodo si intelligas tertiam *Marci*, eadem fit, ac sexta *Joannis*, h. e. nostra meridiana, sive duodecima.

Alii aliter conciliant. Nam censent, à *Joanne* per sextam Parasceves non intelligi sextam Parasceves Judaicæ, sed Christianæ. Eam Christianam Parasceven incepisse à noctis hora nona, quâ Christus in Synedrio videtur pronuntiatus mortis reus. Ita sexta Parasceves non alia fuerit, quam diei tertia. Hoc voluit Beatus *Augustinus de Consensu Evangelistarum lib. 3. cap. 13.* ubi eandem dicit horam diei tertiam & sextam parasceves: Nec à *Joanne* diei sextam, sed à Parasceve, hoc est præparatione immolationis Domini: (quod nobis verum est Pascha) sextam intelligi. Ac similiter *Ludovicus Ramirez de Præda pentecontarchi cap. 38.*

Ex his nulla æquè nobis sententia placeret, quam ista, ut per horam tertiam tertius diei quadrans, per horam sextam, sexta è duodenis diei pars intelligatur. Sed huic opinioni non parùm incommodat, quod veterum nullus pro quadrante diei, hoc est, pro trihorio horam dixerit. Itaque multum metuo, ne quid vitii irreperit incuriâ librarii.

Maximè eò inclinât animus, ut librarius confuderit ἐπισημον & γ. quæ & sententia est B. Hieronymi: (si modo is auctor) in *Psalms. 77.* item aliorum, quos memorat Theophilactus in *Joannis cap. XIX.*

D₂

Sed

Sed sic quoque in ambiguo relinquitur, utrum *Marcus* è *Joanne*, an *Joannes* è *Marco* sit corrigendus? Posteriorem sententiam amplexi, quos laudat *Theophilactus*.

Petavius in XII. de Doctr. tempor. cap. 19. refert, habere se *Petri Alexandrini* opusculum ἀνέυδοτον, ubi testaretur, in autographo Joannis, quod Ephesi adservaretur, scriptum fuisse, ὥρα ἢ ὥραι τετρα. De quo si certo constaret, jam decisa lis foret.

Nunc dignum consideratu, an non potius sint audiendi, qui priorem opinionem sequuntur: ut *Thomas Cajetanus* & *Melchior Canus* in 2. Lucæ. Mihi verisimilius fit, emendari Marcum oportere. Ac facile, puto, assentient nobis, qui cogitare volent, quam multa, ab Evangelistis evenisse dicantur inter id tempus, quo Christus à Caipha est deductus ad Pilatum, & illud, quo in Golgatha crucifixus fuit, Nam (ut taceam secundam accusationem & damnationem à Judæis mane factam, ut diximus) est apud Pilatum à Judæis accusatus, ipse interrogatus, ad Herodem missus, ad Pilatum remissus, multa adeò tentata à Pilato, ut dimitteretur, & tandem extra urbem missus. Tantum sanè abest, ut intra trihorium ea putem fieri potuisse, ut mirandum sit, sex intra horas evenisse, præsertim moras tantopere Pilatò neçtente. Adde, quod Matthæus etiam agnoscit, solem defecisse horâ sextâ. At quando est verisimilius, eâdem horâ & crucifixum esse Christum, & paulò post tenebras esse consecutas: quam trihoriò, postquam JESUS esset crucifixus, solem defecisse? quanquam videas in hac sententia fuisse *Nonnum*. Sed aliud indicant Evangelistarum hæc verba: *Erat autem ferè hora sexta, & facta horâ sextâ tenebræ factæ sunt super universam terram, usque in horam nonam.* Hactenus *Vossius*. Quamvis

4.

Salvator noster Crucifixus est.

29
Quamvis hîc Vossius putet, ex *Johanne* emendan-
dum esse *Marcum*, quod trium horarum spatio ea, quæ ab
Evangelistis ante crucifixionem facta recententur, pera-
gi haud potuerint: Longè tamen probabilius horâ ter-
tiâ, secundum *Marcum*, cœpisse videtur crucifixionis actus.
Si enim hora sextâ (more Judæorum numeratâ) demum
Salvator noster crucifixus fuisset, quî fieri potuisset, ut in-
ter crucifixionem & factam eclipsin Solis, quæ etiam horâ
sextâ cœpit, *Matth. XXVII. 45. Marci XV. 33. Luc. XXIII. 44.*
illa omnia, quæ à *Johanne* consignata sunt, absolvi po-
tuissent, nempe (1) Pilati tergiversatio, (2) Judæorum ex-
postulatio, (3) Salvatoris innocentissimi condemnatio,
(4) & ad locum supplicii eductio, (5) titulorum consi-
gnatio, (6) eorundem affixio, (7) sacerdotum ratione
tituli protestatio, (8) Pilati resolutio, (9) vestimentorum
divisio, (10) curatoris materni, nempe *Johannis*, constitu-
tio. Quibus accedunt, quæ juxta alios Evangelistas an-
te tenebras acciderunt, nimirum (11) vini acidi & myrrha-
ti cum felle propinatio, (12) crucis in *Simonem Cyre-
næum* translatio, (13) mulierum concomitantium lamen-
tationes, (14) Salvatoris responsiones, (15) binorum la-
tronum crucifixio, (16) prætereuntium cavillationes, (17)
Salvatoris patientissimi ad patrem cœlestem pro perse-
quutoribus & inimicis intercessio, (18) Latronis unius
convitia (19) alterius Latronis pietas, & focii reprehensio,
(20) facta à Salvatore Paradisi promissio. Nec dubitan-
dum plura ab Evangelistis silentio prætermissa accidisse,
(*argumento cap. XXI. v. 25. Evang. Joh.*) quæ tam brevi tem-
poris spatio nequaquam peragi potuissent.

Si igitur cum *Vossio* & aliis unus Evangelistarum ex

D 3

alte.

altero corrigendus esset, *Johannem* potius, in cujus *Evan-*
gelio librarii incuriâi & loco r irrepfisse dicunt, ex *Marco*,
 quam hunc ex illo, emendandum esse putârim.

Quoniam autem ejusmodi *S. Codicis* emendationes
 minus securè admittuntur, alia commodiore ratione in
Bibliotheca Universali ad ann. 1688. *Tom. 8. pag. 478. seqq.*
 hic nodus solvitur, dum *S. Marcum* horam III, more Ju-
 dæorum, à principio diei artificialis, *S. Johannem* verò ho-
 ram VI. more Romanorum à media nocte per *l. 8. ff. de Fe-*
riis numeratam indigitasse statuit auctor, cujus hæc sunt
 verba: *S. Marc. c. XV. v. 25. dit, qu' il étoit trois heures, lors*
que les Soldats attacherent Jesus Christ à la croix; & S. Jean
C. XIX. v. 14. qu' il étoit déjà environ six heures, que Pilate
n' avoit pas encore prononcé la sentence de mort contre le Sau-
veur; a quoi si l' on ajoûte le temps, que Jesus Christ, accablé
de lassitude & de blessures & chargé de sa croix, mit à monter le
calvaire, & tout ce qui se passa entre la condamnation & la cru-
cifixion, comme S. Matthieu le raconte C. XXVII. v. 27 — 35.
il s' ensuivra qu' il étoit bien huit ou neuf heures, quand le Sau-
veur fut attaché à la croix. L' Auteur, après avoir rapporté
& réfuté succinctement les diverses hypotheses, qu' on a inventées,
pour dissiper cette contradiction apparente, propose la sienne, qui
est, que S. Marc. a suivi le calcul des Hebreux, en comptant les heu-
res depuis le lever du Soleil, & S. Jean celui des Romains, qui
commençoient le jour civil à minuit. Un Theologien lui fit di-
verses questions, qui se réduisent a ces quatre. I. Si les Romains
commençoient dès lors le jour à minuit? II. S' ils suivoient cette
supputation dans les jugemens? III. Pourquoi S. Jean a plutôt
suivi la maniere de conter des Romains, que celle des Hebreux?
IV. Si tout ce qui a precedé la condamnation du Sauveur a pû se
 passer

passer avant six ou sept heures. Quibus aliquot paginis respondetur. — p. 483. L' Auteur examine ensuite les raisons, par lesquelles trois celebres Lutheriens, Gerhard, Chemnice & Lyser, ont tâché de refuter cette hypothese. Il a ajoûté à cet écrit un Appendix, ou il soutient, que M. M. les Journalistes de Leipsic n' ont pas bien pris son sens, puisqu' il ne dit pas, que ce qui est la troisième heure dans S. Marc, soit la sixième dans J. Jean; & qu' il y a plus de deux heures d' intervalle entre ces deux termes.

Quamvis autem objici posset, non probabile esse, Johannem horas more Romanorum numerasse, facile tamen omnis cessabit dubitandi ratio, si consideretur tempus, quo D. Johannes suum consignavit Evangelium. Non enim anno Neronis octavo, uti supra pag. 17. ex Codice MS. Arabico probare contendit Gassendus, sed tempore Domitiani suam scripsit historiam juxta Epiphanium, qui l. 2. t. 1. heres. 51. pag. 142. ita scribit: Cum protulisset Lucas Genealogias ab imis ad suprema, & indicationem fecerit adventus Dei VERBI ex supernis, simulque conjunxerit ipsum carnali ipsius dispensationi, ut averteret ab erroneis & seductis errorem: illi non intellexerunt. Quapropter cogit Spiritus Johannem recusantem Evangelium annunciare, ob metum & humilitatem, in senecta ipsius post XC. annos vite ejus, post reversionem ipsius à Pathmo, quæ facta est sub Claudio Cesare, postquam multos annos in Asia transegisset, Evangelium exponere. Quia ergo eo tempore, quo suum exaravit Evangelium, & in eo loco, ubi vixit, jura moresque Romanorum obtinebant, merito etiam horas diei Passionalis à media nocte numeravit. Minime interim attendenda est opinio Severi Sulpitii, qui lib. 2. Hist. sacr. Johannem à Domitiano in Pathmum

mum relegatum fuisse statuit. Nos Epiphano potius credendum esse putamus, qui loco allegato S. Apocalypsin tempore Claudii Imperatoris scriptam fuisse adseverat. Hæc sunt, Benevole Lector, quæ veritatis stabiliendæ, minimè verò aliorum sententias sigillandi animo in medium proferenda esse duxi, ex quibus facile quilibet veritatis amans, Evangelistas in omnibus Titulos Crucis, & horam exaltationis concernentibus exactissime concordare perspiciet. Nemini interim liberam statuendi facultatem ademptam volo per meam hanc explicationem, quam, ut spero B. L. æqui bonique faciet.

Δ. T. ☉.








Kiel, Diss., 1696-1702

X 237-1917

VD17



B.I.G.

Farbkarte #13

35

1697, 1

7

REYHERI, JC.

Christian - Albertina,
Mathem. Prof. Publ.

Juridico-Historica,

De
FIXI JESU
ULLIS,

tiendorum
CTIONIBUS,

ec non
altationis
ORA.

ap. Joh. Sebast. Richel.
b c IIIc.

35